

*Vitam præsta puram,
Iter para tutum ;
Ut videntes Jesum,
Semper collætetur.*

*Sit laus Deo Patri,
Summum Christo decus,
Spiritu sancto ;
Tribus honor unus.*

Amen.

A COMPLIES.

Pendant l'Avent.

IN noctis umbrâ desides
Dùm somnus artus occupat,
Ad te, Deus, fidelibus
Mens excubas suspiriis.

Desiderate gentibus :
Verbum Patris, mundi salus,
Audi preces gementium,
Tandemque lapsos excita.

Adsis Redemptor ; et tuæ
Plcibus relaxans crimina,
Adæ scelus quas clauserat,
Reclude cælestes domos.

Qui liberator advenis,
Fili, tibi laus maxima,
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna Secula.

Amen.